simplicia. fructus in sensu est. folia
non in verbis sunt moralibus. Quicum-
que ergo scripturas sanctas legis si secundum iu-
deos legit. tantum folia [illegible]. Si
autem spiritaliter intelligit fructus car-
pit. Et folium eius non defluet. Tamen
et folia istius arboris utilia sunt.
Denique siquis et secundum historiam in-
telligit. utilitatem habet anime sue.
Legimus in apocalipsi iohannis. Qui
liber licet in istis partibus id est in
oriente non recipitur. tamen scire debe-
mus quoniam in occidente omni et in ali-
is prefectis provinciis et in egipto
recipitur liber et ecclesiasticus est. Nam
et ueteres ecclesiastici viri. e quibus est hy-
reneus et policarpus et dyonisius
et alii romani antistites. de quibus
est et sanctus ciprianus. recipiunt librum
et interpretantur. Legimus ergo ibi. Ecce
vidi inquit thronum positum et ag-
num unum propter arborem inquit secundum flu-
men. et ex utraque parte ripe iuxta arbore.
hec est ex ista parte erat et ex illa. et
habebat inquit fructus ipsa ar-
bor. et in anno mensibus singulis
duodecies fructus afferebat. et habe-
bat inquit folia. et folia eius erant
ad sanitatem gentium. Vidi inquit
thronum positum unum. licet enim
credamus in patrem et filium et spiritum
sanctum. et trinitas sit. tamen regnum unum est.
Vidi inquit thronum positum unum.
et vidi inquit in conspectu throni
stantem agnum. De assumptione cor-
poris domini salvatoris. Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi. Et
egrediebatur inquit fons de subtus
medio throni. Videtis quoniam de me-

dio throni fons egreditur gratiarum. Et
nisi egreditur fons ille de throno nisi
agnus contra steterit. Nisi enim credi-
derimus incorporationem christi non acci-
piemus istas gratias. Et arbor inquit
una excelsa posita est. Non dixit ar-
bores sed arbor una. Arbor itaque una
quasi ex ista parte ripe est. et ex illa par-
te ripe est. Sic enim dixisset vidi arbores
fieri potuit. ut altera esset ex alia parte et
alia ex alia. Nunc autem una arbor
ex utraque parte esse dicitur. Unus fluvius
egrediebatur de throno dei. hoc est gratia spiritus
sancti. Ista gratia spiritus sancti in sanctis scripturis
est. hoc est in isto fluvio scripturarum.
Tamen iste fluvius duas ripas habet
et veteris et novi testamentum [illegible]
utraque parte arbor plantata christus. hec
ergo arbor in anno hoc est in singulis
mensibus duodecies fructus affere-
bat. [illegible] possumus enim fructus de illa
arbore accipere nisi per apostolos. Siquis
ergo per apostolos ad arborem venerit. venire
eius fructus [illegible] fruct[illegible]
tat de scripturis sanctis. hoc est sensum
in littera [illegible]. Siquis ergo veni-
erit ad istam arborem per apostolos ut [illegible]
[illegible] fructus eius capit. Siquis
autem non potest et adhuc infirmior est.
et nondum est discipulus. sed de turba
est. sed deforis est. de gentibus est. iste qui
fructus capere non potest. verba capit.
hoc est folia ad sanitatem gentium.
Scriptum est enim. et folia eius ad
sanitatem gentium. Siquis adhuc
de gentibus [illegible] siquis non est discipu-
lus. et adhuc de turba est. iste acci-
piat folia ipsius. hoc est verba sim-
plicia accipiat pro medicamento